



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

De eo, Sancta & salubris est cogitatio, &c. 2. Mac. 12. tit. 227

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

turæ, & passionis, & resurrectionis. Sic in ascensione  
& missione spiritus sancti, cum imagine Christi, & sic  
columba &c.

Tertio, omnia externum cultum Dei, Deum ad-  
iijcere, & illi non placere, falsum est. Nam Iohannes in  
cibo & potu ac vestitu Deum coluit exteriū atq; lo-  
co, Matt. 3. non tamen legitur Deum hoc reprobat,  
& publicanus percutit pectus Luc. 18. nec reprehē-  
ditur. Ieiunium & oratio Niniutarum & Regis, ho-  
minum atq; irrationalium animarum, Deum placa-  
uit, Iona 3. cōmendatur Tobias, Tob. 1. cō quod sua  
oblationes attulit Hierosolymam, & pergebat illic  
corpo, cū etiam hoc domi potuisset expeditius  
fide, &c. ordinavit Rex Iosaphat processionem, 2. Pa-  
ralip. 20. Et vicit inimicos, abstinet à cibo regio Da-  
niel, &c. Daniel. 1. Ergo non sunt reijcienda externa  
vel opera vel cæremoniæ externi cultus Dei, &c. Nul-  
la ergo cæremonia fit, nullus locus, tempus, gestus,  
quæ diuinis mysterijs adhibentur, sine certo myste-  
rio sunt. Non ergo propter se sunt cæremoniæ, sed  
ad significationem alicuius mysterij.

*DE EO, SANCTA ET SALV-**bris est cogitatio, &c. 2. Macha. 12.***TITVLVS CCXXVII.**

**T**Ides Catholica tenet, q; sanctum sit, nō  
falsum: fructuolum, & non frustraneū,  
pro defunctis exorare Dominū Deum,  
vt à peccatis (id est, pœnis peccatorum)  
absoluātur. Subinde in hoc profitemur fidem nostrā  
de futura resurrectione, sicut Propheta Iob 9. dicit:  
Scio quod redemptor meus viuit. Hæc duo quoniam  
clarè habentur 2. Machabæor. 12. ideo Ecclesia credit  
prodefesse suffragia pro defunctis. Postremo, quoniam  
charitas non excidit, 1. Corinth. 13. Et defuncti adhuc  
nostra

nostra sunt commembra, ideo opus charitatis exercemus orando pro defunctis, id quod nullibi scriptura sacra prohibet, sed potius approbat, Esai. 53. Christus pro transgressoribus oravit in cruce. At oravit pro solū tunc viuentibus? Absit, sed pro omnibus præteritis, præsentibus & futuris: alioqui oratio & passio sua non iuuaret præteritos & futuros. Nunquid non & Christus orat patrē pro vita Lazari, Ioā. n? Orat princeps Synagogæ pro filia defuncta Christum, vt imponat illi manum, & viuat, Matt. 9. at non inculpatur à Christo, tanquam malum sit orare pro defunctis, sed surgit & refusicit, &cæ. Quæ ergo inconuenientia, hodiè orare pro defunctis?

Secundò, propter hanc fidem multas persecutio-nes Ecclesia est perpeſsa à gentibus, Epicuræis & Zaducæis, Hæreticis, qui spem resurrectionis & immortalitatis non habent, i. Thess. 4. illi non curant orare pro mortuis. Ideò deridetur ecclesia à Gætibus, quaſi vanum sit orare pro mortuis. Subindè clementiores nobis sunt in hac re Iudæi. Nā & ipſi credunt professe mortuis suffragia, & resurrectionem mortuorū, ſicut patet ex hoc textu, 2. Machab. 12. Nam ibi clare dicit teſtus, qd<sup>d</sup> populus rogauit pro interfectis, qui contra præceptum Domini de clenodijs idolorum ſibi reſeruabant, id quod Deus prohibuit, Deut. 6. vt id quod factum erat, deliſtum obliuionis traderetur. Secundo, Iudas colligit pecuniā, 12. millia drachmas in ſacrificiū pro mortuis. Et ſic propter resurrectionem fratum, &cæ. Omni ergo anno Iudæi orant pro mortuis suis, &c.

Tertiò, Amariores h̄c eſſe ſentimus hereticos, qui ante annos plūs mille, vt Augustinus ſcribit in libro ad Quod vult Deum, de Aërio, qui in odium cleri dixit, suffragia non profeffe mortuis, eō quod non poterat ordinari epifcopus: ſic quoniam heretici ſciunt fundationes Miffarum, orationum, memorias ecclesiārum,

siarum, monasteriorum ac cultuum, ideo institutum  
scilicet ut pro fundatoribus & alijs perpetuæ sint et  
moriæ, & exinde ministri Ecclesiæ & religiosi  
etiam habeant necessitatem, quatenus extirperent,  
negant prodesse mortuis suffragia, &c. & solumodi.  
um in clerū facit abnegare suffragia, rapere bonitatem  
ricorum, deuastare ecclesiam, &c. At Ecclesia petit  
pro viuis & defunctis misericordiam propere-  
tum sanguinem Christi, quem adeò effudit in cru-  
ce pro iam mortuis fidelibus, sicut pro præsentibus  
& futuris.

*QVID SIT REGNUM SA-*  
*thanae.*

TITVLVS CCXXVIII.

**P**rimò, Regnum sathanæ est ius, potestas, dominium, quod habet supra omnes filios Adæ, acquisitum ex transgressione primorum parentum, Gen. 3, quod ille naturam nostram sic vitiauit, quod omnes coacipimus & nascimur in peccatis, Psal. 50. Rom. 5, in quo omnes peccauimus, nihil nisi ea quae scarnis sunt sapimus, Rom. 8 & facimus, Gal. 5, opera carnis, ut sunt immunditia, fornicatio, &c. ijs motibus peccati regnat sathan in homine & carne nostra, & omnes damnat homines, ac trahit sua fortitudine ad infernum, nisi quem liberauerit per fidem Dominus noster Iesus Christus, nisi cui infuderit spiritum sanctum, qui alios in nobis creauerit motus, Acto. 2. Tit. 3.

Secundò, sic ait Christus Ioan. 8. Si filius vos liberauerit, id est, per fidem, à tali regno Sathanæ, & derit spiritum sanctum qui coadūctit spiritui nostro, Roman. 8, tunc verè liberi eritis. Sic i Cor. 12. Cum Gentes essetis, duxit vos sathan ad simulachra multa. At nunc illuminati per spiritum sanctum nemo vestrum, anathematizat Iesum. Sed omnes quotquot

cult,